SMARAGDUS
Freising, Mitte 9. Jh.
Quelle: https://manuscripta.at/?ID=38235
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift, Bibliothek

animam eam ad confitendum nomini tuo. Distat namq;
multum inter utrumq; carcerem. Siquidem reprobi in carcere
peccatorum & ignorantiae. iusti uero in carcere lucis & tribulationum
positi luce semper iustitiae dilatato indulgentiae corde fruuntur, quod
designauerunt apostolus & stilites. cum media nocte innitio car
ceris horrore uinctis & flagellati hymnum dominum laudis laetissima
uoce canebant; quidam laudandum tamen praestitum esse quod con
solationem illam de quadam apostolis domini multiplicem & iusti cupierunt
uidere quae uos uidistis & non uidierunt, & audire quae auditis & non
audierunt; De qua & psalmista defecerunt inquit oculi mei
in eloquium tuum dicentes: quando consolaberis me; Sancta quaere
centes in inferno desiderauerunt quo descendente in infernum domino
etiam his qui in carcere erant incredulis quondam fuerunt in diebus
noe consolatio et exoptatio predicata fuerit haec illa dixerit. Sed
catholica fides habet quod descendens ad inferna dominus non incre
dulos inde sed fideles solummodo suos educens ad celestia secum regna
praeduxerit. Neq; exutis corporis animabus & in foeto carcere
damnatis salutem quam ante mortem dilexerant praedicauerit.
sed carcere scelerum inclusi in hac uita uel per ipsum uel priorum ex
empla siue uerba fidelium corde uita uite demonstrat de quibus
dicit: qui incredulis aliquando exspectabant dei patientiam;
In diebus noe cum fabricaretur arca; nam & ipsa dei patientia prae
dicatio eius erat cum noe centum annos arcam operibus insistens quod
mundo futurum esset quo tridiano operis exsequutione monstrabat;
quia paulus ait. An ignoras quia patientia dei ad penitentiam
te adducit & cetera; Alia translatio hunc locum ita habet; Xpsus
semel pro peccatis nostris mortuus est. iustus pro iniustis ut nos adducat
ad dominum mortificatus carne sed uiuificatus in spiritu; in quo spiritu & eis qui
in carne erant predicauit; quicumque dandum non credentes in diebus illis
cum expectaret patientiam. In diebus noe cum fabricaretur arca in qua
pauci id est octo animae salue facte sunt per aquam. quod & uos nunc
similis forma saluos facit baptisma; Forma baptismi assimilitudinem dicit arcae & aquis diluuii & recte omnino quod & ipsa fabrica
tio arcae de lignis leuigatis constructionem signat ecclesiae quae fit
de collectione animarum fidelium parchitectorum uerbi & quod per
eunte orbe toto pauci id est octo animae salue factae per aquam sig
nificat. quod ad comparationem peccatorum gentilium iudaeorum he
reticorum & falsorum fidelium multo breuior est numerus electorum.